



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

XVI. De episcopis vacantibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

ceperit vnam consonamque sententiam , ab aliis vltius iudicari non poterit , sed manere circa eum oportet , tamquam conuenientem , quæ ab omnibus prolata est , firmam ratamque sententiam.

XVI.

Si quis episcopus vacans in ecclesiam vacantem superuenerit , & hanc obrepenter , præter plenariam Synodum , diripiendam esse crediderit , hunc abiici oportet , tametsi eum plebs , quam diripuerit , velit sibi episcopum retinere. Illa autem dicitur Synodus plenaria , in qua etiam episcopus metropolitanus adfuerit.

XVII.

Dist. 92. Si quis episcopus vacans. Istud est in decr. Iuo. lib. 4.

Si quis episcopus , suscepta manus impositione , & deputatus populis præesse , non suscipiat ministerium sacerdotii , nec consentiat abire in ecclesiam cui fuerat ordinatus , hunc incommunicabilem esse debere , donec coactus consentiat plebem suscipere sibimet deputatam , aut prouinciæ plenaria Synodus episcoporum de eo aliquid statuat.

XVIII.

Dist. 92. Si quis episcopus ordinatus.

Si quis episcopus ordinatus non abierit in parochiam cui ordinatus est , non suo vitio , sed plebis forsitan contradictione , hic honorem susceptum retinere debet , & sacerdotio fungi , ita vt nihil molestiæ afferat ecclesiæ illi in qua est constitutus. Expectare autem eum oportet prouinciæ plenariam Synodum , donec de eo quod competit statuatur.